

Ita ex hac tam varia Democriticorum principiorum recensio-  
ne, quid nam revera Democritus an infinita an unum an duo con-  
traria principia constituerit, statuere nequeamus.

At illud quod est, 1. De elementis capite 4. de Leucippo et  
5 Democrito:<sup>39</sup> *Dicunt enim esse primas magnitudines, multitudine  
quidem infinitas, magnitudine vero indivisibles et nec ex uno multum  
fieri nec ex multis unum, sed horum complexione et circumplexu om-  
nia gigni.* Contrarium prorsus est illi, quod est capite 7. sequen-  
ti:<sup>40</sup> *Empedocles et Democritus latent ipsi seipso, generationem non  
ex entibus ad invicem facientes, sed apparentem generationem. Inexi-  
stens enim unum quodque secerni aiunt, tamquam ex vase generatio  
sit.* Contraria enim procul dubio sunt complexio et circumplexus  
secretioni.

Libro De sensu capite 2:<sup>41</sup> *Democritus vere quod quidem aquam  
15 esse dicat, bene dicit, quod vero putet visionem esse emphasim, non  
bene.* At Theophrastus libro De sensu nuper impresso, quanquam  
praceptorum Aristotelem imitatus, veterum non paucorum  
dogmate eo confutat: non tamen eandem Democriti opinionem  
affert, ait autem:<sup>42</sup> *Videre quidem facit emphasi, hanc vero proprie di-  
cit. Emphasin enim non statim in pupilla fieri, sed aerem inter medium  
20 visus et rei visae figurari.* Longe autem aliud est dicere emphasim  
esse visionem et visionem fieri emphasi. Illud enim identitatem  
notat, hoc diversitatem actus et proximi obiecti, qualis est em-  
phasis haec Theophrastica, contra quam multis verbis invehi

<sup>39</sup> φασὶ γὰρ εἶναι τὰ πρῶτα μεγέθη, πλήθει μὲν ἄπειρα, μεγέθει  
δὲ ἀδιαιρέτα, καὶ οὕτ' [οὐδ'] ἐξ ἐνὸς πολλὰ γίνεσθαι οὔτε [οὐδ'] ἐκ  
πολλῶν ἔν, ἀλλὰ τῇ τούτων συμπλοκῇ καὶ περιπλάξει [περιπλέξει]  
πάντα γεννᾶσθαι. [ARIST. Cael. 303a.5 – 8]

<sup>40</sup> Οἱ μὲν οὖν περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Δημόκριτον λανθάνουσιν αὐτοὶ<sup>43</sup>  
έαυτοὺς οὐ γένεσιν ἐξ ἀλλήλων ποιοῦντες, ἀλλὰ φαινομένην γένεσιν,  
ἐνυπάρχον γὰρ ἔκαστον ἐικονίνεσθαι φασιν, ὥσπερ ἐξ ἀγγείου τῆς  
γενέσεως οὕσης. [ARIST. Cael. 305b.1 – 4]

<sup>41</sup> Δημόκριτος δ' ὅτι μὲν ὕδωρ εἶναι φησι, λέγει καλῶς, ὅτι δ' οἰεται  
τὸ όρᾶν εἶναι τὴν ἔμφασιν, οὐ καλῶς. [ARIST. Sens. 438a.5 – 7]

<sup>42</sup> όρᾶν μὲν οὖν ποιεῖ τῇ ἔμφάσει, ταύτην δ' ἴδιας λέγει. τὴν [ό τὴν]  
γὰρ ἔμφασιν οὐκ εὐθὺς ἐν τῇ κόρῃ γίνεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀέρα τὸν μεταξὺ<sup>44</sup>  
τῆς ὄψεως καὶ τοῦ όρωμένου τυπούσθαι. [THPHR. Sens. 50.1 – 3]